⁊ carnis vnam naturam pronunciantem ⁊ dioſ-
corum eius defenſorem cum alijs hereticis cõ-
demnauit: predicans ipſa ſynodus chriſtũ deũ
ſic natum de virgine: vt in eum ſubiecta diuine
⁊ humane confiteamur nature. De ſynodi pñci
pales quatuor fidei naturam pleniſſime predi-
cantes: ſed ⁊ ſi qua ſunt ſimilia concilia: que ſan
cti patres ſpiritu ſancto pleni ſanxerũt: omni ma
nent ſtabilita vigiore: hec di.15. c. i. Dicitur aũt ĩ
di.16. Sancta octo vniuerſalia concilia: vbi dicit
glo. q᷑ iſta concilia de quibus eſt ſermo: aliquã-
do dicuntur quatuor: vt patet ſupra ex eo: q᷑ in
quatuor locis diuerſis celebrata ſunt. Aliquan-
do dicunt̃ octo: vt ĩ dicto. c. ſancta octo. ex eo q᷑
octies fuerũt celebrata ⁊ in diuerſis temporibꝰ
ſed in vno ⁊ eodem loco vel ciuitate fuerũt plu
ries celebrata in diuerſo tempore: vt patet in di
cto. c. ſancta octo di.16. Beda etiam in libro de
temporibus poſt ꝑdicta cõcilia numerat ⁊ alia
. xxiiij. concilia celebrata ſub diuerſis tempori-
bus ⁊ in diuerſis locis ⁊ ſingulis ſtatuti ſunt di-
uerſi canones: vt patet di.16. c. ſexta. qui habent̃
diſperſi in diuerſis partibus corporis iuris: ⁊ ali
qui etiam abierunt in diſſuetudinẽ. De alijs con
cilijs celebratis vſq₃ ad annum domini milleſi
mum non ita patet. Circa annum vero domini
milleſimum Uictor genere alamanus florentie
concilium celebrauit: ⁊ multos epiſcopos pro-
pter ſimoniam ⁊ fornicationem depoſuit.
Non poſt multum temporis poſtea Gregoꝰ. 7.
concilium celebrauit: ⁊ henricum imperatorem
tertium excõmunicauit: quia ſe contra eccleſiã

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

erexit ⁊ ſciſma ꝓcurauit: alium papam faciens.
Poſt hunc vrbanus.2.conciliũ celebrauit apud
clarum montem: ⁊ ibi ordinatum fuit: vt dicerẽ
tur hore officijs virginis marie ordinarie: ſicut
dicit̃ officium domini noſtri. Exinde ſub nico/
lao papa.2.hic fuit p̃us ep̃s florentinus ſenis ele
ctus: congregatum eſt conciliũ cum.cxiiij.ep̃is
rome: in quo berengarius thuronenſis abiura/
uit hereſim ſuam coram nicolao circa hoſtiam
in qua dicebat ibi tantũ eſſe xp̃m: vt in ſigno: d̃
hoc de cõſecra.di.2.ego berengarius. ⁊ hoc ante
Inno.2.fuit. ¶ Anno dñi.M.cxxx. Synodus
ſub Innocentio.2.celebratur remis: ⁊ petr⁹ leo
nis: qui p contemplationẽ ⁊ ipſe ordinatus ẽ ſeu
factus papa: demũ repulſus eſt: ad q̃d ſciſma tol
lendum multum laborauit beatus bernardus:
⁊ ita ꝑfecit: q̃d extinctuʒ eſt in illo eiecto petro:
qui anacletum fecerat ſe nominari. Aliud conci
liũ in vrbe romana celebrauit. Anno dñi.M.
cxx. Floruit magiſter petrus lombardus ep̃us
pariſienſis.i.magiſter ſententiaꝝ ⁊ petrus come
ſtor: qui fecit hiſtoriaʒ ſcholaſticam. Anno dñi.
M.cxxxij. Gratianus monachus alias ep̃us de
claſſa ciuitate tuſcie. Dicit martinus in ſua croni
ca: ꝙ compilauit decretũ: vt nõ.hug.2.q.6.§.for
ma. Dicit enim ꝙ floruit alexandro in teologia
regente. ¶ Anno dñi.M.clix. Mortuo adria/
no electus canonice alexander.3.ſeneñ. ⁊ tenuit
cathedram annis.22.menſibus.xi.diebus.xv.et
alter p ſciſma creatus: qui dicebat̃ octauianus
quintus: immo etiam tres alij: ſʒ omnibus repul
ſis remanſit demũ alexander papa: qui duo con
cilia vniuerſalia celebrauit vnũ thuronis in frã/
cia anno dñi.M.clxiii.aliud rome dictum late/
ranenſe: ſciſma tunc fuit: q̃d durauit.xvi.annis:
⁊ diſſenſio magna inter alexandrũ ⁊ Federicuʒ
.ſ.imperatorẽ: q̃d tamen ablatuʒ eſt ⁊ facta pax
inter eos. Quatuor ergo antipape.ſ. victor paſ/
chalis calixtus ⁊ Innocentius defecerũt: ⁊ re/
manſit ſolus alexander. Tempore huius marty
rizatus eſt ſanctus thomas carturienſis archie/
piſcopus ⁊ canonizatus anno dñi.M.cc. Inno.
tertius ſub quo ceperũt ordines mendicantium
Et anno dñi.M.ccxv.conciliũ lateranenſe cele
brauit: in quo cõuenerũt fere.M.cc. p̃lati.ſ.pa/
triarche archiepiſcopi ep̃i ⁊ alij p̃lati: ⁊ multe ſa
luifere decretales ibi edite ſũt. ¶ Anno domini
M.ccxxxij. Grego.9.beatũ dominicũ canoni/
zauit a cõfirmatiõe ordinis.xviij. ⁊ a morte ipſi⁹
beati dominici annno.xiij.ac etiã beatum fran/
ciſcum: hic gregorius conuocauit conciliũ rome
ſed imperator impediuit: ⁊ cepit duos cardina/
les ⁊ multos p̃latos eos occidendo. ¶ Anno do
mini.M.cc.xl.vel circa Inno.4.ianuenſis ce/
lebrauit conciliũ in lugduno: ⁊ imperatorẽ Fe/
dericũ excõicauit: poſt quẽ fuit alexander.4⁹.
¶ Anno dñi.M.cclxij. Creatus eſt papa greg⁹.
.x.natione lombardus. Hic lugduni concilium
celebrauit: vbi fuerunt quingenti epiſcopi.lx.ab

bates: ⁊ alij prelati circa mille: in quo grecoruʒ
⁊ tartarorum nuncij interfuerunt: ⁊ greci ad vni
tatem redire eccleſie ꝓmiſerunt: in cuius ſignuʒ
confeſſi ſunt ſpiritum ſanctũ a patre ꝓcedere.
Poſt hunc honorius.4⁹. ⁊ eſt vltimus in marti
niana. Anno dñi.M.cc.lxxxiiij. Poſt hos fuit
celeſtinus: quem ſequitur boniſa.8⁹. ⁊ euʒ bene/
dic.xi. Demũ Clemens.v.ſub quo conciliũ vien
nenſe. Jo.22. vrbanus grego.xi.poſt quẽ ſciſma
inter duos.ſ. vrbanum ſub quo Italia vngaria
⁊ alamania fuerũt: ⁊ clementem: ſub quo francia
hiſpania ⁊ aragonia fuerunt. Urbano ſucceſſit
Bonifacius.8⁹.bonifacio Innocentius: innocẽ
tio grego⁹.12⁹. Ex alia parte clementis ſucceſſit
Bñdictus.xiij. Et ſub his duobus.ſ.grego.12.et
Benedicto.xiij. Factum eſt tertium ſciſma con
cilio celebrato piſis: vbi factus tertius papa di/
ctus alexander ordinis minorum: cui ſucceſſit
Jo.23. Et concilio generali congregato conſtan
tie Grego⁹.12.depoſitus propter contumaciam
nolens comparere: ⁊ cum magna concordia car
dinalium ipſorum.3.qui ſe pro ſummis pontifi/
cibus gerebant: ⁊ etiam adiunctis vocibus qui/
buſdam nationum canonice electus eſt martin⁹
.v.de domo columnenſiũ: cui ſucceſſit Eugeni
us.4.natione venetus: ſub quo celebratum eſt
concilium generale ferrarie: ſed propter peſtem
poſtea tranſlatum florentie: in quo concilio ge/
nerali reducti ſũt greci ad fidem ⁊ confeſſioneʒ
veram de proceſſione.ſ. ⁊ armeni etiam reducti
ſunt. Ad quod conciliũ venerũt patriarcha gre/
corum conſtantinopolitanus ⁊ imꝑator greco/
rum. Et in ipſo etiam concilio generali de baſi
lea in ferrariã: ⁊ de ferraria in florentiã tranſla/
to ab Eugenio ꝓpter reductionem grecoꝝ: illi
cõgregati baſilee facientes ſciſma temerarie de
poſuerũt Eugenium: ⁊ ducem ſubaudie dictum
amadeum creauerũt vocantes felicem: ſʒ anno
dñi.M.ccccxlix. de mẽſe aprilis renũciauit pa
patui dictus felix: ⁊ hoc mortuo Euge. ⁊ nico.5.
ſuccedẽte ei ĩ papatu. P⁹ quẽ ſucceſſit Calixtus
.3⁹.natione cathalanus.deinde pius ſecũdus ſce
nenſis: ⁊ nũc feliciter regnat paulus papa.2⁹.na/
tione venetus.

¶ Qr concilia generalia nõ poſſunt ꝑfigere le/
gem pape.

## Notat ab.de ſici.ſu/

per.c.ſignificaſti de elec. ꝙ concilia ge/
neralia nõ poſſunt ſtatuendo ꝑfigere legẽ pape:
imo in omnibus ſtatutis concilij intelligitur ta/
cite excepta auctoritate pape: ⁊ tex. huius decre
talis ſignificaſti frequenter allegatur: p̃cipue in
materia vbi diſputatur de poteſtate cõcilij ⁊ pa
pe. Et vide de hoc bonũ tex.9.q.3.vbi dicit̃. Ne
mo iudicabit vel iudicare poteſt primam ſedeʒ
.ſ.papam: nec auguſtus nec populus nec clerus
⁊.c.alioꝝ. ⁊ multa alia.c. ibi poſita ad idẽ faciũt
Et p iſtum tex.arguit Jo.an.ꝙ ſententie pape ẽ

ſtandum: q̄n ꝯtradicit ſnīe totius concilij. Et remittit ad notata in. c. in iſtis di. 4. ⁊ c. ſicut. di. 16. Infert etiam Jo. an. ꝙ ꝑ iſtū tex. ſoluꝫ papa poteſt interꝑtari ſtatuta concilij: nec mirū cū ſm eū poſſit ⁊ tollere ⁊ limitare: vt. c. ſtatutū ꝺ reſcrip. li. vi. Uide bonā glo. i. c. vbi piculū ꝺ elec. li. vi. que dicit ꝙ licet nō ſit licitū: ꝙ papa reuocet ſtatuta concilij ſine ipſius concilij conſilio: poteſt tamen ſi vult: ꝓ quo facit tex. hic ⁊ ibi: ſꝫ tex. iſte ⁊ omnia predicta debent limitari ⁊ reſtringi ad ea: que pendēt a plena diſpoſitione pape. Nā in his que ſūt iuris poſitiui: indubitanter ē papa ſupra conciliū: qꝛ ipſe eſt caput eccleſie. Unde licꝫ poteſtas ſit data pape ⁊ toti eccleſie: pape tamen tributa eſt tanq̄ꝫ capiti. vnde dꝫ corpus moueri a diſpoſitione capitis. Uide bonū tex. ad ꝑdicta in. c. ita dn̄s di. 19. ⁊ in nouo teſtamēto. ⁊ c. q̄ꝫuis di. 21. c. q̄ꝫuis. ⁊. 14. q. i. loquit̄. ⁊ c. pudēda. Sed in his q̄ nō dependēt a plena poteſtate pape: nō eſt ſimpliciter dicendū: ꝙ papa ſit ſupra ſtatuta concilij: iō in cōcernentibus fidē conciliū eſt ſupra papā. Un̄ papa nō pōt diſponere cōtra diſpoſita ꝑ cōciliū in hiꝰ. vide bonū tex. cum glo. di. 19. anaſtaſius. Hinc eſt ꝙ conciliū pōt cōdemnare papaꝫ de hereſi: vt di. 40. ſi papa. Pōt enī eſſe hereticꝰ papa ⁊ de hereſi iudicari. Et dicūt doc. in. c. fidei fauorē de here. li. vi. ꝙ cōciliū ē iudex puta tantū ꝙ ſi papa moueret̄ melioribus rōnibus ⁊ auctoritatibus q̄ꝫ conciliū: ſtandū tūc eēt ſnīe pape. Nā ⁊ concilium pōt errare: ſicut alias errauit in facto matrimonij inter raptorē ⁊ raptam declarās nō poſſe eſſe matrimoniū: ⁊ dictum hiero. meliꝰ ſentientis fuit poſtea ꝓlatū ſtatuto cōcilij. 36. q. 2. tua iuncto. c. placuit. facit qđ notat̄ ⁊ legit̄ di. 20. c. i. Nā in cōcernentibꝰ fideꝫ dictū etiā vnius ꝑuati eſſet ꝑferendū ſnīe pape: ſi melioribus rōnibus ⁊ auctoritatibꝰ noui ⁊ veteſtamēti moueret̄ q̄ꝫ papa: nec ob. ſi dicat̄ ꝙ cōciliū nō poteſt errare: quia xp̄s orauit ꝓ eccleſia ſua ne deficeret: vt notatur in. c. maiores. extra de baptiſ. ⁊. 24. q. i. a recta. ⁊ c. pudenda. Nam licet conciliū generale totam eccleſiam vniuerſalem concernat: tn̄ ibi vere nō eſt vl̄is eccleſia ſꝫ repn̄tatiue: qꝛ vl̄is eccl̄ia conſtituit̄ ex collectione oīuꝫ fideliū. vn̄ oēs fideles terre cōſtituūt totam vniuerſalem eccleſiam: ſaltem cuius caput ⁊ ſponſus eſt ipſe chriſtus. Papa autem eſt vicarius ipſius chriſti: ⁊ nō verum caput eccleſie: vt nōt glo. ne romani de elec. in cle. que etiā dicit: ꝙ mortuo papa: eccleſia nō eſt ſine capite: quia nō eſt ſine chriſto: qui eſt caput eius: ⁊ iſta eccleſia eſt que nō poteſt errare: de cōſe. di. i. eccleſia. Unde poſſibile eſt ꝙ tota fides remaneret in vno ſolo: ita ꝙ verū eſt dicere: ꝙ fides nō deficit in eccleſia: ſicut ius vniuerſitatis pōt reſidere in vno ſolo: alijs peccantibus: hoc patuit pꝰ paſſionem chriſti: vbi remanſit in ſola virgine quia omnes alij ſcandalizati ſūt: ⁊ tamen chriſtꝰ orauerat ꝓ petro ante paſſionem: vt nō deficeret fides ſua: ergo nō dicitur eccl̄ia deficere nec errare: ſi remaneat fides in vno ſolo. Itē dico ꝙ in concernentibus vniuerſalem ſtatum eccleſie nō poteſt papa diſponere contra ſtatutum generalis cōcilij: ſi ſtatuendo decoloraretur ſtatus ipſius eccleſie: vt dicit tex. i. q. 7. c. ⁊ ſi illa. et in hoc caſu intelligo multas glo. que videnẗ velle ꝙ papa nō poteſt diſponere contra vniuerſalem ſtatum eccleſie: vt notatur in. c. litteras. de reſti. ſpol. ⁊ vide quod nōt Innocen. in. c. quanto de conſue. vbi dicit ꝙ nō eſt papa ꝑmittendꝰ venire contra ſtatum vniuerſalem eccleſie: ſi inde infamaretur eccleſia: ſecus ſi ex cauſa rationabili papa vult venire limitando ſtatum eccleſie ſeu tollendo ſtatutum concilij ſuper ſtatu eccleſie: ſic intelligo que nōt glo. in. c. que ad perpetuaꝫ. 25. q. i. hec ille. Pe. de ancha. videt̄ dicere: ꝙ papa poteſt tollere ſingula ſtatuta eccleſie. ſ. mere iuris poſitiui: quia iſtud vel illud: ſed nō omnia ſimul: quia hoc eſſet deſtruere ſtatū vniuerſalem eccleſie. Idem abbas de ſicilia inducit glo. ſuper. c. ſi papa. diſ. 40. vbi dicit̄ ꝙ papa poteſt etiam iudicari ꝓ quolibet mortali notorio: in quo eſſet incorrigibilis ⁊ ſcandalizaret eccleſiaꝫ: quia talis contumacia reputatur hereſis: ⁊ multum opi. illius glo. approbat: ſed vt ſupra in ti. de ſūmis pontificibus dictum eſt per pe. de pal. illa glo. non eſt vera: quia illa ꝑtinacia improprie dicitur hereſis. Sed cum dicitur in dicto. c. ſi papa. ipſum de hereſi poſſe iudicari: intelligitur proprie ⁊ ſtricte hereſis: prout importat errorem circa fidem: nō pro ꝑtinaci permanentia in aliquo crimine etiam notorio. Veruꝫ eſt ꝙ in concilio conſtantieñ. celebrato circa annos domini. M. cccc. xvij. in quodam decreto quod incipit frequēs: fuit ſtatutū ꝙ n̄ ſolū i cā hereſis ſꝫ i cā ſciſmatis cōciliū poſſꝫ de papa iudicare: ⁊ recte: qꝛ ſatis appropiquat hereſi: differēs ab eo ſicut diſpoſitio ad habitū. non videtur intelligēdum de omni ſciſmate: ſed de eo quod ortū eēt in electione ipſius ſummi pontificis: vt cum dubitaretur probabiliter: vtrum canonice eſſꝫ facta an per violentiam ⁊ huiuſmodi: ſicut accidit de ſciſmate: quod tunc in dicto concilio conſtantienſi fuit amotum: quod durauerat per annos xl. vel circa: ⁊ ortum habuit poſt mortē greg. xi. In creatione ſucceſſionis immediate qui dictꝰ eſt vrbanus. vi. ex eo ꝙ dicebatur illa electio facta per metum: qui cadere poterat in conſtantē virum: vnde a cardinalibus recedentibus poſt menſes aliquos ab eis creatus fuit alter in ciuitate fundorum in cōfinibus regni ſicilie: qui dictus eſt clemens. 6ꝰ. ſed non de ſciſmate: qđ oriretur habito ſeu preſidente vno indubitato ſummo pontifice: ex hoc ꝙ aliqui r̄cederent ab obedientia eius: ſtatuentes ſibi aliud caput: ſicut factum eſt in concilio baſilieñ. Effecto conciliabolo temerarie deponentibus Eugenium. 4. vnicum ⁊ indubitatuꝫ vicariū ieſu xp̄i: ⁊ erigentibꝰ

nepharie idolum: quē appellauerunt felicē pri⁹
ſabaudie ducem dictum amadeum.

¶ Qñ dicitur concilium legitime celebratum.

Quando concilium
dicit̄ legitime celebratum ꝛc̄. quod no
tandū ꝙ tūc ſit legitime generale concilium: qñ
ſit de mandato pape: ipſo interueniente: vel alio
de eius ſpeciali mandato: iuxta id quod legitur
ꝛ notat̄ di. 3. §. porro. ꝛ di. 17. c. i. ꝛ. z. idē tho. vt
ſupra patuit in ti. ꝑcedenti. Sciendū etiā ꝙ priſ
cis temporibus: in congregatione cōcilioꝝ ſem/
per interfuerunt impatores: vt pꝫ in. c. canones.
di. 15. ꝛ. di. 17. §. hinc etiā. dicitur de theodorico
rege conuocante conciliū: ꝛ multa concilia fuiſſe
ꝑ imperatores cōuocata: vt patet in diſcurſu hi/
ſtorie tripartite: ꝛ in libro concilioꝝ: ideo autē
antiquitus imperatores cōmuniter concilia cō/
gregabant: quia eccleſia tūc male poterat vti po
teſtate ſua ꝓpter aduerſitates ꝛ diuerſitates q̄s
patiebatur ab hereticis: quibus aliqñ fauebant
ꝛ adherebant magni ꝑncipes ꝛ reges: vnde ſta/
tim cū potuit hoc correxit: ꝛ nō ꝑ ꝑncipes ſed ꝑ
ſe cōcilia cōuocauit: ꝛ aliqñ ꝑ impatores ꝑcipie/
te eccleſia celebrata ſūt concilia: aliquando ipſa
rogante: ꝛ poſtea auctoriȝante: aliqñ ipſa ratifi/
cante: vt di. 17. ꝑ totuꝫ. ꝛ maxime in. §. hinc etiā.
ꝛ aliquando conſultu imperatoris ꝛ ſui ꝑſentia.
Dicunt aūt aliqui: ꝙ papa negligente ꝛ nolente
conuocare concilium ad locum idoneum ꝓ ali/
qua cauſa ardua īminenti: poteſtas congregan/
di conciliū ſpectat primo ad omnes cardinales
qui poſt papam ſūt maiores clerici omnib⁹ alijs
quibuſcūqꝫ: ar. eius quod legitur ď maio. ꝛ obe.
c. i. ꝑ Inno. ꝛ quia cenſent̄ vnum corpus cū eo
quaſi ſede vacante: videtur ad eos ſpectare tal̄
poteſtas. 2° ſpectat ad patriarchas: ꝛ ꝑcipue ad
conſtantinopolitanuꝫ: cuius ſedes eſt ꝑma poſt
romanam: vt pꝫ di. 22. de conſtantinopolitane ꝛ
alijs. c. Quod tamen intelligendū cum catholi/
cus eſt patriarcha. 3. ad imperatorē. 4. ad reges
5. ad alios ꝑncipes. nam poteſtas vnius deuol/
uitur gradatim ad alium ꝓpter negligentiaꝫ: ar.
de elec. c. cum in cunctis. ꝛ de conceſ. ꝑben. c. 2.
vel dicamus ꝙ due partes concilij in aliquo lo
co idoneo congregate poterunt ꝛ alios cōuoca/
re iuxta nō. ꝑ Inno. in. c. 2. de no. ope. nun. ſi aūt
due partes nō ſūt congregate: tūc videtur habē
locuꝫ ordo ſupra poſitus. Ubi aūt papa eſſet he
reticus vel de hereſi ſuſpectus: tunc ad eum nō
ſpectare videtur poteſtas congregandi conciliū
ar. di. 40. ſi papa. Sed queritur qui ſint vocan
di ſeu qui venire debeant ad concilium genera
le. Ad quod dicendum videtur: ꝙ ſolum epiſco
pi ꝛ ſuperiores ſūt de neceſſitate vocandi: vt no
tat Inno. ꝛ Jo. an. in. c. graue de ꝑben. ꝛ facit ad
hoc di. 18. epiſcopus non debet: ꝛ. c. propter cum
ſequenti. eſt tamen in poteſtate pape conuocare
etiā abbates ſi vlt: ar. 63. di. c. adrian⁹. vbi ſit mē
tio de abbatib⁹. Et de gregorio. x. legitur ꝙ ad
concilium generale quod congregari fecit lug/
duni vocauerat beatum Thomam de aquino: ꝛ
hoc ſue eminentis ſcientie ratione: qui tamē nec
epiſcopus nec abbas nec alius prelatus erat: im
peratorem vel alios ꝑncipes nō tenetur conuo
care per. §. hinc etiam. di. 17. pōt tamen ſi vult
vocare ſi ei videtur expediens ad ſcandala vi/
tanda: vt di. 63. §. verū. ¶ Et ſi querat̄ an papa
teneatur omnes epiſcopos ꝛ ſuperiores conuo/
care totius orbis: loquēdo de catholicis: rñdeo
ꝙ hoc videtur ex eo quod habetur di. 16. c. i. vbi
dicitur ꝙ ſancti patres in concilio niceno: quod
fuit ꝑmum ꝛ ſolennius de omni orbe terrarum
conuenerunt: ꝛ quia in concilio ꝓuinciali omnes
epiſcopi ꝓuincie ſunt vocandi ſub archiepiſco/
po ſuo: vt di. 18. per totum: ergo a ſimili in conci
lio vniuerſali omnes epiſcopi orbis: cum papa
dicatur archiepiſcopus vrbis: di. 25. in fi. ꝛ ꝓuin
cia eius ſit vniuerſitas orbis: qď quidem ſatis
iuſtum ibi agitur de maximo preiudicio ꝛ de re
bus arduis: facit quod legitur di. 19. anaſtaſius.
ꝛ di. 21. nunc autem. ſatis tamen videtur poſſe di
ci: ꝙ vbi nō agitur de fidei dubijs: vel de facto
pape poſſit numerus relinqui arbitrio: quot. ſ. ꝛ
qui ſunt vocandi: nam concilium generale vide
tur id quod pape mandato congregatur: ipſo in
tereſſente vel alio eius nomine: ꝛ de eius ſpecia
li mandato: iuxta id quod notatur di. 3. §. porro
ꝛ di. 17. c. i. ꝛ. 2. ꝛ in ſūma. nec curandum videtur
de numero diminuto prelatorum ibi exiſtentiū
propter verbuꝫ chriſti dicentis math. 18. vbi ſūt
duo vel tres congregati in nomine meo: ibi ſum
in medio eorum. i. q. i. cum ſcriptura. ꝛ. 24. q. i.
alienus eſt. Cum tribus enim pueris. ſ. anania et
alijs ſimplicibus ꝛ vnanimibus ꝛ dei mandata
ſeruantibus dominus fuit: ꝛ eos irrorauit in me
dio ignis: vt patet di. 16. per totum. in multis cō/
cilijs congregatis in valde differenti numero cō
uenerunt epiſcopi: aliquando in maximo nume
ro: aliquando eniꝫ fuerunt. 600. aliquando. 300.
aliquando. 200. aliquando centū: aliquando. xl.
aliquando. xxx. aliquando. xx. aliquādo. xv. epi
ſcopi. ꝛ in omnibus facti ſunt canones: aliquan/
do plures vel pauciores: ꝛ aliquando papa fuit
preſens: aliquando legati ex parte ipſius. In ni/
ceno interfuit ſanctus nicolaus: in quodam car/
thaginenſi interfuit ſanctus auguſtinus: ꝛ cū au
reolio carthaginenſi archiepiſcopo ediderūt ca
nones: ſed quando de fide agitur ꝛ hereſib⁹ ex/
tirpandis vel ſciſmatibus: quia cauſa eſt cōmu/
nis omnibus catholicis: ꝛ omnes tangit: ab om
nibus epiſcopis catholicis tractari ꝛ terminari
debet: ꝛ omnes epiſcopi debent ad conciliū con
uocari ſm regulam: qď omnes tangit debet ab
omnibus approbari. de reg. iur. li. vi. ꝛ di. 56. c. i.
ꝛ de his que ſiunt a ma. par. ca. c. ſi. Reſidet au/



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ctoritas tamen concilij penes vocatos venien/
tes ⁊ ſaltem ſi interſunt due partes omniū epiſco
porū orbis: p id qđ legit̃ de his que fi. a ma. par.
ca. c. i. p Io. an. vel forte ſufficeret ſi maior pars
epiſcoporum orbis interfuerit: vt nō. p compo.
in. c. quia propter. de elec. qui aūt vocati nō ve/
niunt: legitimo impedimēto ceſſante: vtiq̄ʒ pec/
cant: vt pʒ di. 18. ⁊ puniri debent. Qui aūt impe/
diti ſūt: excuſatorē mittere debent: vt patet ibi/
dem. In ſeſſione autē in concilio quis aliū inter
p̄latos eiuſdem dignitatis: puta epiſcopos vł ar
chiepiſcopos abbates ⁊ huiuſmodi debet p̄ce/
dere: notat gregoꝰ papa ſic ſcribēs: Epos ſm or
dinationis ſue tempus: ſiue ad conſedendum in
concilio: ſiue ad ſubſcribenduʒ: ſiue in qualibet
alia re ſua attendere loca decernimus: ⁊ ſuorūʒ
ſibi p̄rogatiuam ordinum vendicare: diſ. 17. §.
illud de clericis. ⁊ ſubdit Gratianus: ꝙ tempus
ordinationis non ad eccleſias ſed ad perſonas
refertur: ſicut ex conſuetudine ſancte romane ec
cleſie: ⁊ epiſcoporum vniuſcuiuſq̄ʒ ꝓuincie eui/
denter apparet.

Qr nō licet appellare a pontifice romano ad
ſucceſſorem ipſius.

Quoniaʒ quidam
hoſtes virtutis ⁊ vnitatis aduerſarij di
cere preſumpſerunt: ꝙ licet a romano pontifice
ad ſucceſſorem ipſius vel ad generale conciliūʒ
appellare: ideo cum correctione ſedis apoſtoli/
ce intendo ꝓbare: ꝙ ſentire ꝙ a romano pontifi
ce poſſit ad quēcūq̄ʒ appellari: eſt hereticū ma
nifeſte: ⁊ hoc probo vnica ratione que talis eſt.
Quicunq̄ʒ priuilegiūʒ romane eccleſie a chriſto
traditum auferre conatur: eſt hereticus: ſed di/
cens ⁊ tenens: ꝙ licet appellare a pontifice ro/
mano ad ſucceſſorem eius: aufert priuilegium
romane eccleſie a chriſto traditum: ergo talis
manifeſte hereticus eſt. maior ponit̃ in decretꝭ.
di. 22. c. omnis. vbi dicit̃ ſic. Non dubiuʒ eſt: qr
quiſquis cuilibet eccleſie ius ſuum detrahit: in/
iuſticiam facit: qui autem romane eccleſie priui
legium ab ipſo ſummo omniū eccleſiarū capite
traditum auferre conatur: hic procul dubio in
hereſim labitur: ⁊ cum ille vocetur iniuſtus: hic
eſt dicendus hereticus. fidem quippe violat qui
aduerſus illā agit: que eſt mater fidei: ⁊ ipſe con
tumax inuenitur: qui eam cunctis eccleſijs p̄tu/
liſſe cognoſcitur. Ad probationeʒ minoris pre/
mitto tria: primum eſt quid vocatur priuilegiū
romane eccleſie. ſecundū eſt que ſunt priuilegia
romane eccleſie a chriſto eidem tradita. tertiūʒ
eſt a quo ⁊ ad quem eſt generaliter appellandū

Quantum ad primum

Priuilegium romane eccleſie eſt dignitas vel
prerogatiua conceſſa romane vel vniuerſali ec
cleſie in perſona beati petri primi romani pon/
tificis ⁊ vniuerſalis vicarij ieſu xp̄i. hec proban
tur per illud quod habetur di. xxij. c. omnis. vbi
dicitur ſic: ipſam romanam eccleſiam ſolus ipſe
fundauit: ⁊ ſuper petrā fidei mox naſcentis ere/
xit: qui beato petro eterne vite clauigero terre/
ni ſimul ⁊ celeſtis imperij iura cōmiſit. nō ergo
quelibet terrena ſententia ſm illud verbūʒ quo
conſtructum eſt celum ⁊ terra: ⁊ per quod deni/
q̄ʒ condita ſunt omnia elementa: romanam ſun/
dauit eccleſiam: illius certe priuilegio fungitur
illius auctoritate fulcitur: ex his patet ꝙ priuile
gium romane eccleſie dicitur dignitas: que ei in
perſona collata eſt. Secundo videndum eſt
que ſunt illa priuilegia que habet romana eccle
ſia vel romanus pontifex: quod eſt idem: ⁊ quā
uis explicando dignitates ſūmi romani pontifi
cis: poſſent enumerari multa: tamen ad propo/
ſitum enumero quinq̄ʒ tantū. Primum eſt ꝙ
romanus pontifex eſt caput ſummūʒ ⁊ vnicum
vniuerſalis eccleſie: habens primatum ⁊ princi
patū ſuper totam eccleſiam: ⁊ nullus eſt eo ma/
ior vel ſuperior: ⁊ ipſa romana eccl̃ia: ⁊ per hoc
etiam dicitur caput ⁊ mater ⁊ princeps omniūʒ
eccleſiarum. iſta patent per multa. c. di. 12. c. non
decet a capite membra diſcedere: ſed iuxta ſcri/
pture teſtimonia omnia membra caput ſuū ſe/
quunt̃. Nulli vero dubium eſt: ꝙ apoſtolica ec
cleſia mater ſit omnium eccleſiarum: a cuiꝰ nos
regulis nullatenus conuenit deuiare: ⁊ ſicut filiꝰ
venit facere voluntatem patris: ſic ⁊ vos imple/
te voluntateʒ matris veſtre: que eſt eccleſia: cu/
ius caput vt predictum eſt romana exiſtit eccle/
ſia: vbi notandum ꝙ id quod prius dixerat ec/
cleſia apoſtolica: poſtea dixit vt predictum eſt
romana: ex quo patet ꝙ eadem eſt romana et
apoſtolica eccleſia: di. 19. ita dominus. Secū
dum priuilegium romane eccleſie vel romani
pontificis eſt: ꝙ romanus pontifex eſt generalis
princeps ⁊ p̄latus habens ſuper omnes plenitu
dineʒ poteſtatis: ⁊ ei ſubiecti ſunt omnes qui p/
tinent ad eccleſiam militantem: eiq̄ʒ in omnibꝰ
obedire tenentur: etiam ſi gratia videantur: pa
tet hoc. 2. q. 5. qui ſeipſa. nāq̄ʒ eccleſia que ſancta
eſt: ita reliquis eccleſijs vices ſuas ordinauit vł
credidit largiendas: vt in partem ſint vocate ſo
licitudinis nō in plenitudineʒ poteſtatis. Unde
cum in pallio conferatur pontificalis officij ple
nitudo: prout dicitur extra de aucto. ⁊ vſu pal.
ſolus romanus pontifex in miſſarum ſolennijs
pallio ſemper vtitur vt vbiq̄ʒ: quoniam aſſum/
ptus eſt in plenitudinem eccleſiaſtice poteſtatis:
que per pallium ſignificatur. Alij autem eo nec
ſemper nec vbiq̄ʒ: ſed in eccleſia ſua in iuriſdic/
tionem catholicam acceperunt: certis debēt vti
diebus: quoniam vocati ſunt in parteʒ ſolicitu/
dinis: ⁊ nō in plenitudinem poteſtatis: extra eo.
ad honorem. ꝙ ⁊ ſit vniuerſalis habens pote/
ſtatem ſuper omnes: habetur di. 93. c. benignus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tertium priuilegium eſt: ꝙ romanus pontifex poteſt condere ſtatuta perpetua firma ⁊ immutabilia. Unde di. xi. Conſequēs eſt vt ab huiuſmodi ſedis rectoribus plena auctoritate factus: nullius conſuetudinis prepediente occaſione remoueatur: ſed firmus ac inconcuſſe teneat̄ ⁊ hanc firmitatem in ſuis ordinationibus innuit chriſtus: cum dicit: tu es petrus ⁊c. math. 16. Et quāuis xp̄s dicatur fundamentum eccleſie: iuxta illud. i. Corinth. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere preter id quod poſitum eſt: qd̄ eſt dominus ieſus: ⁊ petrus etiam dicatur fundamētum ſcd̄m illud. Super hanc petram edificabo eccleſiam meam. math. 16. aliter tamen ⁊ aliter.

Nam xp̄s eſt fundamentum quaſi naturale ſeu vniuerſale: quod ſuſtentat omnia: petrus autem eſt fundamentum quaſi primus lapis adherens fundamento naturali: quod eſt xp̄s: xp̄s ergo ē fundamentum eccleſie: quod ſuſtentat totū edificium ſpirituale: petrus vero ⁊ quilibet eius ſucceſſor ſeu apoſtolica ſedes fundamentum dicit̄ vt prima pars edificij: propterea vocatur petra vt di. 19. ita. hoc idē dicunt hiero. Chryſo. orige. ⁊ Tho. ſ. ꝙ petrus cum chriſto ⁊ poſt chriſtum eſt fundamentum eccleſie ⁊ petra. Quartum priuilegium eſt: ꝙ romanus pontifex dat auctoritatem ⁊ robur omnibus concilijs: ⁊ hec patent ex p̄miſſis: quia ſi eſt vnicum caput ⁊ princeps totius eccleſie: habens ſuper omnes plenitudinem poteſtatis: ⁊ ſolus potens facere ſtatuta firma ⁊ perpetua tanqꝫ eccleſie fundamentum: ſequitur ꝙ ſolus poteſt roborare ſtatuta conciliorum ⁊ firmare: hoc autem patet di. 17. per totuꝫ ⁊ 2. q. 5. ideo huic ſancte ſedi preſtita priuilegia ſpecialiter conceſſa ſunt tam de concilijs ⁊ iudicijs ⁊ inſtitutionibus epiſcoporum congregandis: qꝫ de ſūmis eccleſiarum negocijs. Item. 3. q. 6. ductum a ſanctis apoſtolis ſucceſſoribus qꝫ eorum in antiquis decretū eſt ſtatutis: ꝙ hactenus ſancta ⁊ vniuerſalis eccl'ia apoſtolica tenet: nō oportere: preter ſententiam romani pontificis concilia celebrari. Quintuꝫ priuilegiū romane eccleſie ⁊ romani pontificis eſt: ꝙ omnes iudicat: ⁊ a nullo poteſt iudicari: di. 40. ſi papa. vbi dicitur huius culpas redarguere p̄ſumit mortalium nullus: quia cunctos ipſe iudicaturus a nemine eſt iudicandus: niſi deprehendat̄ a fide deuius. 29. q. 3. c. conqueſtus. §. ſola eniꝫ romana eccleſia ſua auctoritate valet iudicare de omnibus: de ea autem nulli iudicare permittitur. Tertium principale: videnduꝫ eſt a quo ⁊ ad quem liceat appellare: ⁊ reſpondeo breuit̄: ꝙ a minori ad maioreꝫ: ab inferiori ad ſuperiorem appellari poteſt: ⁊ nō econuerſo: ⁊ hoc nomen appellationis importat: quia appellatio eſt p̄clamatio grauati ab iniquo iudice ꝑ iniquam ſententiam a qua petit releuari p eum: ad quem appellat. Releuare aūt nō poteſt aliquis iniuriam ab aliquo factam: niſi habeat iuriſdictioneꝫ ſup illum qui fecit iniuriam: iuriſdictionē auteꝫ nō habet qui ius dicere nō poteſt. Unde iuriſdictio dicit̄ quaſi iuris dictio. ſed poteſt dicere aliquis ius dupliciter: vno modo p modum cognitionis: ⁊ ſic ius dicere poteſt quicunqꝫ iuriſperitus vel doctus ſciens docere in aliqua materia quid iuſtum vel iniuſtum: ⁊ ad talem modū poteſt haberi recurſus pro conſilio: ſed nō ꝓ reclamatione auxilium impendendo. Sed. 2° modo poteſt ius dicere aliquis per modum ſententie obligantis. ⁊ hoc ꝓprie ⁊ ſolum pertinet ad iudicem iuriſdictionem habenteꝫ: qui poteſt eū contra quem ius dicit. i. ſententiam fert ad tenendum quod iudicatuꝫ eſt ſententialiter coercere: ⁊ talis eſt ſuperior eo contra quem iudicat̄: q2 inferior aut equalis ſuperiorē coercere nō pōt. Item cū appellatio fit ad releuandum grauatū: oportet vt ſit apud illum: qui poſſit ⁊ grauatum ⁊ poſſit grauantem a deſiſtendo grauamine cogere. Unde neceſſario ſequitur: ꝙ appellatio a minori ad maiorem: ab inferiori ad ſuperioreꝫ fieri debet: vt habet̄. 2. q. anteriorū. §. illo. ar. ad hoc di. 21. inferior. ⁊ 2. q. 6. placuit. 21. diſ. nunc autem. Patet ḡ ꝙ appellandum eſt a minori ad maiorem: ab inferiori ad ſuperiorem: a mēbris ad caput: a filijs ad matrem. Et ex his tribus p̄ambulis probatur predicta minor. ſ. ꝙ quicūqꝫ ſentit ꝙ a romano pontifice ad quēcunqꝫ alium liceat appellare: conatur quantum in ſe eſt: auferre priuilegia romane eccleſie: quod probat̄ ex omnibus premiſſis. primo ſic. Quicunqꝫ ſentit romanum pontificem nō eſſe ſūmum ſupremū ⁊ vnicum caput totius eccleſie: auferre conatur priuilegium romane eccleſie a chriſto conceſſū: ſed quicunqꝫ a papa eſſe appellandum ſentit: ſentit papā nō eſſe ſūmū ⁊ vnicū caput eccleſie: ergo ⁊c. Maior patꝫ ex p̄mo preambulo. Minor ex 3. patet ex quo ſequitur: ꝙ quicunqꝫ hoc ſentit: ſentit contra articulum nicene ſynodi: vbi dicitur: vnam ſanctam eccleſiam: quia eccleſia habet vnitatem ex vnitate capitis. Unde ⁊ Jo. x. dicit. Chriſtus fiet vnum ouile ⁊ vnus paſtor: ſed ſi licitum eſſet appellare a papa: ⁊ ille ad quem appellaretur eſſet caput: ſic papa nō eſſet caput: vel eſſent duo capita: qd̄ eſſet monſtruoſum et diſrumpens eccleſie vnitatem. Et hinc eſt: ꝙ felicis recordationis Bonifacius. 8. in extrauagānti que incipit: vnam ſanctam: probat ꝑ vnitatem eccleſie eſſe de neceſſitate ſalutis, omnem humanam creaturam romano pontifici eſſe ſubiectā.

## Secundo arguitur idē

ex ſecundo priuilegio ſic. Quicunqꝫ aſſerit ꝙ romanus pontifex nō habeat plenitudinem poteſtatis ſuper omnes: auferre conatur priuilegiuꝫ eccleſie romane a xp̄o traditum: qd̄ pꝫ per ſecūdum priuilegiū ſupra poſitum: ſed ſentiens appellandum eſſe a papa ſentit ipſum non habere poteſtatis plenitudinem ſuper omnes: ergo ⁊c.

minoꝛ patȝ:qꝛ ille ad quem appellatur: habȝ po
teſtatem ſuper illum a quo appellatur: quia pōt
eius iudicium mutare ⁊ ſn̄iam retractare: ſed ſi
quis haberȝ poteſtatem ſupꝛa papā:papa carerȝ
illa poteſtate:eo ꝙ in hoc eſſȝ ei ſubiectus: ⁊ per
conſequēs non haberȝ plenitudinē ptātis.

## Ex tertio priuilegio ar

guitur idē ſic:Quicunqȝ ſentit romanam eccl'iaȝ
non habere firmitatē immobilē ⁊ ꝑpetuam: au/
ferre conatur priuilegia romane eccl'ie ei a xp̄o
tradita: ſȝ ſentiēs ꝙ a romano pontifice poſſit
appellari:ſentit romanā eccl'iaȝ non habere per
petuam ⁊ immobilē firmitatē:ḡ ꝑdictum priui/
legium ei auferr̄ conatur.maioꝛ patȝ: qꝛ eccleſia
ſicut eſt vna ſic eſt firma: iō dicitur ī vtroqȝ ſym
bolo:vnam ſanctam eccleſiam. Sanctum autē
idem eſt qđ firmum.vnde ⁊ immutabilia ſtatu
ta vocantur ſanctiones.minoꝛ patȝ: quia iudex
ad quem appellatur pōt iudicia ⁊ ſentētias eius
a quo appellatur mutare ⁊ r̄tractare:ergo ſi a pa
pa ſit licitum appellari:iudicia ⁊ ſentētie pape ī/
mutabiles ⁊ firme non erunt.Et iō quicūqȝ ſta/
tuta pape crediderit violanda: p̄uaricatoꝛ fidei
reputatur ideſt hereticus.25.q.1.generali.

## Ex quarto priuilegio

ꝓbatur idē ſic: quia ſi appellari poſſet ad aliū:
aut appellaretur ad alium papam aut ad concili
um generale:non ad papam ſucceſſoꝛem:tū qꝛ
non habȝ imperium par in parē:extra de elec.c.
ſnotuit.§.q̄uis.tum qꝛ romanus pontifex parē
poteſtatē habet cum precedente. Is autem ad
appellatur:debȝ eſſe ſuperioꝛ:tum ēt qꝛ abſens:
ſicut ille qui moꝛtuus eſt ex hoc mundo migra/
uit.tum'etiam quia poteſtas pape ſe extendit ad
illos:qui ſunt ſuper terram: vt patet ex foꝛma col
late poteſtatis.ſ.quodcūqȝ ligaueris ſup terram
erit ligatum ⁊ in celis. Sup terram autē non eſt
papa defunctus: ſȝ nec ad concilium generale a
papa appellari poteſt:qꝛ papa omni concilio ſu/
pioꝛ ē:nec robur habȝ quicquid agit̄: niſi aucto
ritate romani pōtificis roboꝛet̄ ⁊ confirmet̄:ſen
tire ergo:ꝙ ad cōcilium a papa appellari poſſit:
ē hereticum ⁊ cōtra illum articulum:ſanctā eccle
ſiam catholicam.Ex.5.priuilegio pȝ idē ſic. Qui
cunqȝ ſentit:ꝙ a papa poſſit ad alium appellari:
ſentit ꝙ romanus pōtifex ab alio poſſit iudicari
ſȝ hoc ē cōtra priuilegium romane eccleſie: er/
go talis ſic ſentiēs p̄uilegiū romane eccleſie au/
ferre conat̄. Itē hoc ſentire ē ſentiē ꝙ papa hēat
ſupioꝛē: ⁊ ꝙ ſit aliquis eo maioꝛ: quod ē dicere
romanum pōtificē non eē vnum caput ⁊ vniuer
ſale: ⁊ ꝑ cōſequens ſentit contra eccleſie vnitatē

## Sed cōtra iſta ſūt due

obiectiones. Prima eſt:ꝙ romanus pontifex eſt
homo purus: ⁊ poteſt peccare. Deus autē q non
deficit neceſſariis non reliquit euȝ ſine remedio
ſue ſalutis:ſed ſi nō eſſet: qui poſſit eum coꝛrigē
inueniret̄ ſine remedio ſalutis ſue: vt igit̄ nō re/
maneat ſine remedio ſalutis: videt̄ ꝙ aliqs poſ
ſit eum coꝛrigere in caſu in quo peccaret mani/
feſte ⁊ enoꝛmiter. Sed ad hoc rn̄det̄: ꝙ licȝ pa/
pa vt ſingularis perſona ⁊ ex ꝓꝑio motu agens
peccare poſſit in moꝛibus: tamen a nullo hoīe
poteſt reprehendi.ſ.ꝑ modum iudicij: vt eū ſ.cō
demnare valeat: vt dicit̄ ī illo.c. ſi papa di.40.
nec ꝑ hoc remanet ſine remedio ſue ſalutis: vt
dicebat̄ in argumento. Nā habet ſacrā ſcriptu/
ram eius ⁊ omniū vicia coꝛrigentē: habet ratio/
nem ⁊ ſinderesim redarguentem: ⁊ licȝ non pōt
increpari vel iudicari: poteſt tamen admoneri ⁊
exhoꝛtari: iuxta illud.1.ad thi.4. Senioꝛem ne
increpaueris:ſed hunc obſecra vt patrem: nec fa
cile p̄ſumendum eſt ipſum eſſe in aliquo irreti/
tum crimine.vnde ſymmachus di.40.nō vos.
dicit. Quis enim ſanctū eſſe dubitet: quem apex
tante dignitatis attollit. Igit̄ q̄uis peccare poſ/
ſit: vt pſona ſingularis: tamen a nullo pōt redar/
gui.i.iudicari vel ab ipſo ad aliū appellare.

## Secunda obiectio ē ta/

lis.Contingere poſſet ꝙ papa eſſet hereticus.et
vellet heretica ſtatuta condere: qđ ſi contigeret
deficeret fides petri: quia nō eſſet qui in hoc ca/
ſu poſſet reſiſtere: nec teneretur eccleſia ſtatutis
eius hereticis obedire. Videt̄ ḡ in hoc caſu ſal/
tem licitum eſſe ad aliquē appellare. Ad iſtud
dicendum ſicut prius: ꝙ lȝ vt pſona ſingularis
ex motu pꝛopꝛio agens errare poſſet in fide: ſi/
cut ſcribitur de leone contra quem hilarius pic/
tauienſis ad concilium generale venit: tn̄ ſuſtens
conſilio ⁊ requirens adiutoꝛium vniuerſalis ec
cleſie deo oꝛdinate: qui dixit. Ego rogaui pro te
⁊c̄.ideo poteſt errare: nec poteſt eſſe: ꝙ vniuerſa
lis eccleſia accipiat aliquid tanqȝ catholicuȝ: qđ
eſt hereticum: quia eccleſia vniuerſalis que eſt
ſponſa: ⁊ erit ſemper ⁊ eſt non habens maculam
nec rugam: ephe.c.5.hec eſt ⁊c̄. Item ſancta ro/
mana eccleſia: que ſemper immaculata perman
ſit domino pꝛocurante ⁊ beato petro apoſtolo
opem ferente: ī futuro ſeculo ꝑmanebit ſine vlla
hereticoꝛum inſultatione. Cantī.5.dicit ſponſus
de eccleſia: amica mea columba mea immacu/
lata mea. Cyprianus.24.q.1.c. loquitur in fine.
Adulterari non poteſt ſponſa chriſti incoꝛrupta
eſt ⁊ pudica. Si tamen papa vt ſingularis pſona
in hereſim laberet̄ notoꝛie: adhuc tn̄ non eſt ap/
pellandū a papa: qꝛ talis p̄mo monendus eſt ab
illis: qui in electione pape totum coꝛpus eccleſie
repn̄tant: qui ſunt modo eccleſie romane cardi/
nales: ⁊ ſi admonitus vellet ſe coꝛrigere: nō de/
berent eū iudicare: ſed ipſemet humiliter ab er/
roꝛe deſiſtens ſeipſuȝ deberet punire: ſicut ſupꝛa
dictum eſt de marcellino.21.di.⁊c̄. Si aūt vellet
in hereſim pertinaciter permanere: videretur a
papatu eo ipſo deiectus.24.q.1.audiuimus. et

minoꝛ ē quolibet clerico catholico: vt dicit glo .24.q.i.in pͥn. nec videretur habere poſſe ſūmi capitis dignitatē: ſi fidei nō tenuerit vnitatem.

Explicit tractatulus iſte. Sequitur de conci-lio ꝓuinciali ⁊ ſynodali.

## Q Uia de concilio ſy-

nodali ⁊ ꝓuīciali nimis breuiter ſupra dictum eſt: hic aliqua addent̄ notata ꝑ anto. de butri. ⁊ Jo. de imo. ſup. c. graue de ꝓben. ⁊ ꝑ ſex membra. Et ꝑmum eſt. Qui ſūt vocandi ad hu° concilia. Ad qđ dicendū ꝙ vocādi ſūt ad conci liū ꝓuinciale epi oēs totius ꝓuincie: ⁊ nō alij ſūt neceſſario vocādi: ꝑ id qđ habet̄ di. 18. q̄ñ gdē. ⁊ c. ſe. Si tū alij venerint voluntarie: ſūt admit-tendi. ſ. ꝑlati eccleſiaꝝ dicte ꝓuincie: ⁊ ſic pōt in-telligi de his q̄ ſi. a ꝑla. c. ſi. ⁊ qđ ibi habet̄. Sȝ lȝ alij nō ſint neceſſario vocandi: tñ poterūt ex ho neſtate vocari: ex quo de eoꝝ factis agit̄. Et ſilr̄ alij quoꝝ conſiliū eſt neceſſariū: ar. di. 4. i. obeun tibus. Ad ſynodale aūt ſeu ēpale ꝯciliū vocādi ſūt abbates. ſ. nō exempti: nā exempti nō tenent̄ accedere: ⁊ ſacerdotes ⁊ clerus etiam ciuitatis ⁊ dyoceſis ſūt vocandi: di. 18. decernimus. qđ ſane intelligendū eſt: dūmodo talr̄ ꝓuideat̄: ꝙ eccl'ie nō patiant̄ magnū detrimentū in diuinis: ar. eo-rū q̄ habent̄ de cle. nō reſi. c. penul. Vñ poſſent aliq dimitti in diuerſis plebanatib°: ꝑcipue pro adminiſtratione ſacroꝝ: ꝑcipue pro infirmis q̄ñ eſſent. Ad conciliū vero vl'e vt dictū ē ſupra vocandi ſūt epi totius orbis: ⁊ ſupioꝛes ꝑlati et nō ꝑlati ꝓut pape videt̄.

## Secundum mēbꝛum ē

q̄ expediri pñt in hu° cōcilijs. Et in cōcilio gdēȝ ꝓuinciali poterit cognoſci de cauſis: q̄ vertunt int̄ ep̄os ⁊ clericos. 2. q. 7. ſi ep̄s cū. 4. ſequētib° ⁊ etiā de oībus cāis clericoꝝ: q̄ deferunt̄: qđ in-telligit̄ q̄ñ factū eſt notoꝛiū vel nō diffideret̄ in breui poſſe liqdari. Quas cās diffinire poterit ep̄us vel archiep̄us. 6. q. 3. ſcitote. ⁊ di. 18. c. i. ⁊. 2. ⁊ hoc cū cōſenſu vel cōſilio alioꝝ epoꝝ vel maio-ris ptis eoꝝ: vt de tēpo. oꝛdi. c. ſi archiep̄us. ⁊ de accuſa. ſicut olim. De cauſis aūt archiepoꝝ con-ciliū ipſum cognoſcere nō poterit: cū conciliū nō habeat ptāte in archiep̄m: vt in capite: ſȝ talia re ſeruantur ſupioꝛis iudicio. Cauſas vero crimi-nales epoꝝ conciliū ipſū poterit audire: ſȝ nō dif finire abſq; ſnīa pape ſpāli. 3. q. 6. accuſatus. ⁊ de iudi. c. i. niſi repiat̄ aliud ī iure expreſſū: vt in di cto. c. grauem. Cauſas vero inferioꝛes ab ep̄is ⁊ criminales conciliū ipſū audire poterit ⁊ diffini re: vt habet̄. 15. q. i. c. i. ⁊. 2. In concilio vero ſyno dali ſeu ep̄ali poterunt tractari cauſe ciuiles: ⁊ ēt criminales clericoꝝ: dūmodo nō agit̄ ad penaȝ depoſitionis ab officio: cum ep̄s ſolus nō poſſit penā talem imponere ꝑ ea q̄ habent̄. 15. q. 7. felix ⁊ c. ſe. ⁊ de re iudi. c. nō pōt. In cōcilio vero ge-nerali ſi in eo pꝛeeſt papa: pōt ibi de oībus cauſa cognoſci: cū habeat plenitudinē ptātis ⁊ ſit oꝛdi narius omniū ⁊ totius oꝛbis. 9. q. 3. cūcta. ⁊ c. per ꝑncipalē. ſi vero ꝑſit in cōcilio generali alius lo-co pape: tunc idē quod dictum eſt de ꝓuinciali.

## Tertium membꝛuȝ eſt

qualē ptātē habeāt ipſi cōgregati in concilio an oꝛdinariā vel delegatā ⁊ in q̄s. Et dicendū ꝙ in cōcilio ꝓuinciali archiep̄s ibi ꝑſidens habet oꝛ dinariā ad hoc. c. ſicut olim de accu. Epi vo ſeu ſuffraganei q ibi ſūt in ipſo cōcilio: ſiue ſūt ibi vt iudices: ꝓut ſūt ſȝ aliq̄s: ꝑ id qđ habet̄. 6. q. 3. §. ſcitote. ſiue ibi ſint aſſeſſoꝛes: ꝓut ſunt ſm̄ alios geſta ꝑ capl'm nō valebūt ſine cōcilio eoꝝ vl' eis irreq̄ſitis: vt hic dicit Jo. an. ꝑ ea q̄ habent̄. 15. q. 7. ſi q̄s. Sȝ d. Jo. đ imo. hic dicit ꝙ pōt dici ꝙ ipſi epi in cognoſcēdo ſūt oꝛdinarij: cū ipſi ꝑnci paliter cognoſcant: ſed in diffiniēdo ſūt vt aſſeſ-ſoꝛes: q2 ipſi ꝑncipalit̄ nō ſententiāt: ſed aſſiſtūt ſententiāti: vt ī cle. auditoꝛ de reſcrip. Et aduer-te ꝙ in ipſa ſnīa archiepi nō ſolū requirit̄ conſi-liū epoꝝ: ſed etiā cōſenſus eoꝝ: vel maioꝛis ptis eoꝝ: vt dicit Jo. de imo. hic. q2 ſi requireret̄ ſo-lū conſiliū: nō cenſeret̄ geſtū id qđ gerit̄ ꝑ ip'uȝ conciliū: ꝓut cenſet̄: ſed potius ꝑ ipſū archiep̄m ꝑ id qđ habet̄ de arbi. c. cū olim. vnde reqrit̄ cō ſenſus ſaltem maioꝛis partis ipſoꝛū epoꝝ: ⁊ hoc niſi ſit cauſa criminalis epi: in qua reqrit̄ cōſenſ° oīum: ſi tractat̄ ad finem: vt deponat̄ ab officio: vt ꝓbat̄ in dicto. c. ſcitote. ſed in cauſis criminali bus pꝛeſbyteri diaconi vel ſubdiaconi etiam ſi agitur ad finē depoſitionis: ſufficit cōſenſus ma-ioꝛis ptis: vt notat archi. in dicto. c. ſcitote. ⁊. 15. q. 7. ep̄s ſm̄ Jo. de imo. De concilio aūt ſynoda li dicendum: ꝙ ipſe epiſcopus ibi ꝑſidens habet oꝛdinariā poteſtatē: ſicut hȝ archiep̄us in ſyno-do ꝓuinciali: vt di. 18. decernimus. In concilio vero generali: vbi pꝛeeſt papa: alij nō vident̄ ha bere iuriſdictionē q. ſ. interſūt: ſed potius videntur conſultoꝛes cū papa habeat plenitudinē po-teſtatis: ⁊ oꝛdinarius ſit cunctoꝝ: vt. 9. q. 3. cūcta. ⁊ c. ꝑ ꝑncipalē. Si vero ī generali concilio ꝑeſt alius de mandato pape: ⁊ ille cenſet̄ habere de-legatā: vt de offi. dele. ꝑ totū. De alijs vero q ibi interſunt: dicendum videt̄ idem: quod de aſſi-ſtentibus in ꝓuinciali concilio.

## Quartum membꝛum

eſt: quot requirantur in cognitione cauſaꝝ: q̄ ibi agitant̄. Et dicendū ꝙ in concilio ꝓuinciali vel ep̄ali: cū ꝓcedat̄ nō ex delegata poteſtate: ſed ex oꝛdinaria: ſi agat̄ cā ciuilr̄ contra ꝑſbyteruȝ vel alium in ſacris cōſtitutū: poterit contra ep̄m ꝓ-cedere archiep̄s in ꝓuinciali concilio conſtitut° vel ep̄s in ſynodali exiſtens: nec reqrit̄ numer° epoꝝ tūc: imo poterit ipſe ſolus ꝓcedere ſine nu mero epoꝝ: ad hoc qđ nō. de fur. c. ſi. ⁊ de vſur.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

c.i.ſm do.anto.de butrio:imo ⁊ ſi cõtra eos aga
tur de crīe ad finē vt deponat ab eccleſia:pote/
rit ipſe ſolus de cā cognoſcere ⁊ eā diffinire.18.
q.2.ſiquis ⁊.c.eps.put voluit ipſe dñs anto.poſt
inno.⁊ io.an.qd itelligit:ꝙ poſſit ſolus procede
re ſine numero:ſed ñ ſine cõſilio eoꝝ ⁊ aſſēſu vl
maioris partis cõcilij prouĩcialis:vel ſine ꝯſēſu
maioris partis cõcilij ſynodalis:ad hoc vt ꝑ ipſ
cõciliū cēſeat factū:vt videt velle io.de imol.q
ēt dicit pꝰ ino.⁊ io.an.ꝙ talis numerus ẽpoꝝ
ñ requirit:ēt ſi tractet de ſñia excõis vel ſuſpen/
ſiõis ferēde ēt cõtra epm:cum archieps poſſit
talē ſñiam ferre cõtra epm ſine tali numero:vt pꝫ
ex his que hñt de cle.nõ reſi.c.ex tue.imo etiam
vicarius archiepi abſente eo põt tales ſñias fer
re:vt habet i.c.romana de offi.ordi.li.vi.⁊ hic
ita tranſit dñs anto.ſed certe vt cēſeant tales ſē/
tẽtie late ꝑ cõcilium:requirit ꝙ ſint late de cõſē
ſu eoꝝ vel maioris partis ſcdm Io.de imo.
Si vo velit ꝓcedere criãliter ad finē:vt depõat
ab ordīe ꝯ pſbros diaconos vel ſubdiaconos:⁊
tūc archieps vel eps ſolus ꝓcedere nõ pote/
rit cõtra eos:ſed requirit vltra ipſū epm in cā
preſbyteri numerus ſex epoꝝ:⁊ in cā diaconi
vel ſubdiacõi numerus trium epoꝝ:vt pꝫ ex
his q̄ hñtur i dicto.c.felix.⁊.c.nõ poteſt.In cau/
ſa vo epi ſi cõtra eum ꝓcedere velit archiepiſco
pus ad depoſitiõem ab ordine ſeu officio:⁊ tunc
requiritur vltra ipſū numerꝰ.12.epoꝝ.vt.15.q.7.
felix.Et ſi aliquis eoꝝ ſit ſuſpectꝰ:tūc de cõſēſu
accuſati ⁊ accuſatoꝝ eliget aliꝰ de illa ꝓuīcia ſi
hñi poterit:alias de ꝓpīqua.2.q.5.placuit.⁊ talis
eliget archiepm de cõſenſu accuſati ⁊ accuſato/
ris:put nõ.glo.3.q.9.i ſumma.⁊ talˀ numerꝰ ſꝫ q̄ſ
dā reqrit i litiſ cõteſtatiõe ⁊ allegatiõibꝰ audien
dis ⁊ i actu ſñie:imo ⁊ i libelli oblatiõe:ꝑ id qd
habet de libel.ob.c.i.ſm hoſti.qui ēt dicit:ꝙ ta
lis nūerꝰ requirit ⁊ i cõmiſſiõe faciēda:ꝑ ea que
habentur in autentico apud eloquentiſſimum.
.C.de fide inſtru.imo etiam in relatione faciēda
pape:ꝑ id quod habetur.i.q.6.dudū.imo ⁊ plꝰ
q: talis numerus erit neceſſarius:nõ ſolū ſi agi
tetur contra ipſum epiſcopū criminaliter:ſꝫ etiā
ciuiliter in modum exceptionis opponatur cri/
men contra eum:vt ſic ipſe confirmatus deijcia
tur ſm ea que habentur i.c.ſuper his de accu.q̄
uis autem Inno.dixerit ꝙ talis numerus requi
ritur:quando agitur de crimine ad finem vt de/
ponatur ab officio ſeu ordine:⁊ nõ qñ vt depo/
natur ab eccleſia:certe tamē ꝙ numerus requi/
ratur:qñ ꝓponitur crimen ꝑ viam exceptionis:
videtur di.24.illud.videtur ꝙ tūc ſufficiat nu/
merus ſex epiſcopoꝝ:vt videt ꝓbari in dicto ca
none:illud qd videtur velle ibi archi.ſm Io.de
imo.In cõcilio vero generali:vbi adeſt papa vl
alius de mandato eius in concilio exiſtens ꝓce/
dit:⁊ talis ꝓcedere poterit nõ ſolum contra preſ
byterū ⁊ inferiores:ſꝫ etiā contra epm ad finem
vt etiā deponatur ab ordine vel officio:⁊ de ipſa

cauſa cognoſcitur etiā criminaliter:⁊ tunc nõ re
quiritur etiam aliquis numerus epoꝝ:ꝑ id quod
habetur de do.⁊ contu.veritatis.⁊ de accu.c.cū
dilecti.Et hoc niſi aliud appareat in forma man
dati per id quod habetur.5.q.6.hoc quippe.

## Quintum membrū eſt

an exiſtentes in concilio habent ius reuocandi
domum.i.redeundi domum ad placitum ſuū.
Et dicendum ꝙ aut concilium fuit ſpecialit con
gregatum pro aliquibus cauſis:⁊ exiſtentes ibi
tenentur pro illis reſpondere:nec quo ad illas
habent ius reuocandi domum:ex quo pro illis
ſpecifice congregatum eſt concilium.Et ſi pro
alijs cauſis ibi conuenirentur:nõ tenerentur:cū
habeant ius reuocandi domum:per id quod ha
betur de foro compe.c.ſi.Si autem concilium
ſit congregatū generaliter pro correctione mo/
rum ⁊ ſubditoꝝ:tunc nõ habent ius reuocan
di domum ſm Innocē.qui dicit hoc habere lo
cum in ciuilibus cauſis:alias ſi in criminalibus
quis accuſaretur:tunc videt ꝙ habeat ius re/
uocandi domum:quia oportet ꝙ in cauſa crimi
nali quis ſpecifice vocet:⁊ etiā ſpecialiter crimi/
na exprimant:pro quibus vocat:ad hoc.5.q.2.c.
ſi.Et ita hic tranſit Io.an.ꝑ id qd dicit hic anto.
de butri.inferri poſſe ad intellectum.c.i.de iudi.
Quare facta fuit ibi illa interrogatio an vellet i
concilio reſpondere:quia forte ſm eum habe/
bit ius reuocandi domum:⁊ etiam quia nõ fue/
rat vocatus pro crimine illo:pro quo accuſaba/
tur:put hic refertur ꝑ Io.de imo.qui dicit:ꝙ li
cet hec opi.Inno.quē ſequit hic Io.an.⁊ anto.
de butri.ſeruetur in practica:tamē ſuſtineri poſ/
ſet alia opi.quam tenet Pe.de ancha.dicens:ꝙ
quando concilium eſt generaliter conuocatum
nõ habet quis ius reuocandi domum:vt hic ple
ne ꝑ Io.de imo.Et vt dictū eſt ſupra poteſt ar/
chiepiſcopus facere concilium ſine primate vel
patriarcha:quando illi ſubeſt:vt di.18.c.i.Et ea/
dem ratione epiſcopus ſynodale ſuum ſine ar/
chiepiſcopo:⁊ multo fortius patriarcha vel pri/
mas facere concilium cū epis ⁊ ſuffraganeis ſue
ꝓuincie:cum ſit in maiori dignitate:ꝑ id quod
habet in.c.duo ſimul de offi.or.⁊ de ma.⁊ obe.
.c.ſi.ſm Io.de imo.qui etiam dicit:ꝙ ad tale cõ/
cilium nõ tenebitur accedere archiepiſcopꝰ ſub/
iectus primati vel patriarche:cum non repiatur
hoc iure cautum:ad hoc quod habetur di.18.c.
.i.licet ipſe archiepiſcopus coram eo conueniri
poſſit patriarcha vel primate de offi.or.c.paſto
ralis.⁊ ad eum appellari poſſit:vt de appel.c.di
lecti filij.¶ Sexto queritur an ſtatutū factum ꝑ
archiepiſcopū ⁊ ſuffraganeos ſuos in cõcilio ꝓ/
uinciali ⁊ ſup criminibus eccleſiaſticis laicoꝝ
etiā nõ vocatis laicis valeat:⁊ an laici ſint vocā
di ad concilia hrꝰ.Rñdetur ꝑ Io.cal.cõſilio.8.
ꝙ vtiq; tenet ⁊ ligat:qd ꝓbat multipliciter ꝑ.c.i.
de offi.or.⁊ de iudi.c.nouit.Et ad hoc bene fa/

cit de pur.c.i.c.nos inter cū glo.ſua. Nam ſi hoc
pñt ꝑ viam iudicii vt ibi nō.ꝗ ⁊ pñt ꝑ viam ſta
tuti: qꝛ par eſt ratio eoꝝ in ꝑdictis: imo forſitan
maioꝛ: qꝛ ꝓ futura culpa vel exceſſu nō pñt fer/
re ſniam excōicationis: ſꝫ ꝑ viā ſtatuti pñt: vt in
.c.romana de ſen.excō.li.vi.cōiuncto.c.vt aīarū
de cōſti.li.vi. Nō ob.ꝙ nō interfuerint: ꝗſi ipſo/
rū interſit vt ſic vocari debeāt.63.di.c.i.⁊ de re.
iur.c.qd̄ oēs tangit li.vi. qꝛ nō eſt verū ꝙ ipſoꝝ
interſit. Poſito eni ꝙ interfuerint pñtes: non tñ
pñt ꝯdicē: cū apd̄ ipos obſeq̄ndi māet neceſſitas
nō auctoritas impandi di.96.bene ꝗdem. Item
ſatis eſt ꝙ nō eſt expreſſū: ꝙ debeāt vocari.2.q.
.5.conſuluiſti. Ad hoc ſingulariter facit glo.in.c.
fi.de his ꝗ fi.a pla. vbi dicit̄. ꝙ laici in cōſtitutio
nibus ⁊ cōcilijs epoꝝ intereſſe nō debēt: niſi ſpe
cialit̄ inuitent̄: vt diſ.63.adrianus. Nec ob.ꝙ in
dicta glo.videt̄ ꝯtrariū dicere: qꝛ vult ꝙ interſint:
qꝛ ipſis intereſt: qꝛ loquit̄ in alio caſu. Nec etiāz
ob.c.ad ſedē.35.q.5.vbi dicit̄: ꝙ ī materia mr̄i/
monioꝝ: qꝛ eos tangit: pñt intereſſe: non tñ dicit
laicos ad ſynodū vocandū: lꝫ ꝓbet mr̄imoniuꝫ
foꝛe laicoꝝ. Poſito eni ꝙ poſſint intereſſe ñ ſūt
tñ vocandi. Unde ⁊ doc.dicūt ibi ꝙ pñt inteſſe:
vt audiāt: nō aūt vt iudicēt ⁊ doceant: vt.62.diſ.
docendū. Et ſubdūt: ꝙ imo ad illa vocari ñ de/
bent: qꝛ pñt ea ꝗ ſtatuūt̄ in cōcilijs in ꝑdicatio/
nibus publicari: ꝗ.ſ.concernūt eos: pñt etiā veni
re laici ꝓ petenda vel defendenda iuſticia: vt de
iudi.nouit.hec Io.cal. Precipue aūt reges ⁊ pn
cipes interſunt in cōcilijs generalib᷒: qñ ibi agit̄
de dubijs fidei: ⁊ ad tollendū hereſes ⁊ ſciſmata
ſicut factum eſt ſub conſtantino impatoꝛe ꝓpter
